

## Band VI., Nr. N9, Seite 436-438

*Urkunde darüber, dass Ritter Diemar von Röttingen all sein Eigentum an das Kloster Hirsau überlassen und sich selbst in dieses Kloster begeben hat.*

Ohne Ortsangabe, 1103. Januar 18.

In nomine sancte et individue trinitatis. Cunctis Christi fidelibus tam futuris quam presentibus cognitum esse cupimus, quod miles quidam de Rutingen, Diemarus nomine, cum inter capitaneos principes provincie, que dicitur Osterfrancka, genere et possessione preditus non parve estimationis haberetur suisque rebus diu post obitum parentum suorum cum omni libertatis et pacis securitate potiretur, divinam admonitionem prudenter considerans, qua dicitur: divitie viri redemptio anime eius<sup>1</sup>, et item: quid prodest homini, si universum mundum lucretur, anime vero sue detrimentum paciatur<sup>2</sup>, non solum omnia, que sui iuris erant, ad monasterium Hirsaugiense deo et sanctis apostolis Petro et Paulo sanctoque Aurelio episcopo, ipsius loci patronis, ad usum fratrum ibi deo servientium delegavit et contradidit, sed etiam ipse in eorum consorcium transire et sub eisdem communis vite disciplinis deo militare decrevit et efficaciter deo annuente complevit. Predia autem que dedit et mancipia hec sunt: In Rutingen iuxta fluvium Tubara in provincia Osterfrancken, in episcopatu Wirtzburgensi, in comitatu Mergentheim, ubi ipsius mansio precipue erat, unam salicam terram et septem hubas et unum vineum. Ceteras hubas in eadem villa habent hii: Richolff unam, Rihmunt unam, Adalbertus dimidiam, ad ecclesiam pertinet una, mulier quedam unam, que etiam pertinet ad ecclesiam, item Richolff in Nasaha unam hubam. Huius viri et supradictorum virorum hube ad nos pertinent post obitum eorum, de subscriptis vero hubis servitur nobis, quas hereditario iure habent hii: in Rutingen filii Ravenoldi tres hubas et duo molendina et Megingos in eadem villa duas hubas, ad Strute tres hubas, Engelwart tres hubas in Rutingen et in Lutenbach decem hubas silvatice et culte terre et molendinum, Sigebrecht unam hubam in Rutingen, Helprecht ad Mannheim novem hubas ipse et filii eius unam hubam in Hittenheim ipse et filii fratris sui in Offenheim duas hubas. Hec sunt nomina villularum, in quibus alia sita sunt: Rietheim, Nasaha, Strute, Biberarin, Argirsheim, Hoferst. Ad Rintbach<sup>3</sup> centum et tres arabilis terre et plus quam centum de silva; Brunnen<sup>4</sup> XXII hubas; Bennendorff<sup>5</sup>

<sup>1</sup>Vgl. Proverb. 13, 8.

<sup>2</sup>Vgl. Lukas 9, 20.

<sup>3</sup>Ober- bzw. Niederrimbach, Creglingen, TBB.

<sup>4</sup>Vielleicht Bronn, Weikersheim, TBB.

<sup>5</sup>Wasserberndorf, Geiselwind, KT.

## II

XV hubas; Ochsenfurt quatuor hubas salice terre secundum computationem illius provincie et alie due, ubi LX iugera computantur ad hubam, unde secundum illos sex hube sunt, apud nos vero numerantur XII, in quo loco habemus portum navalem, id est var, qui persolvit octo solidos Wirtzburgensis monete; ad Ritenowa<sup>6</sup> XX hubas et multum de silva; ad Alpwinesdorff<sup>7</sup> triginta unam hubam; ad Carentzheim<sup>8</sup> tres hubas et dimidiam salice terre et vinetum et ad alias circumiacentes villulas decem hubas. Que autem ex his omnibus nostro usui absolute deserviunt, sunt Rutingen, Alpwinesdorff, Rennendorf, Brunnen, Garentzheim, Rietenowa. Cetera vero omnia clientibus in beneficia ab ipso tradita sunt, ipsique clientes cum possessionibus isdem monasterio Hirsaugiensi cum ceteris utriusque sexus et mancipiis indissolubili donatione dati sunt. Ut vero rerum ipsarum testamentaria donacio rata semper et inviolata permaneret, sapienti usus consilio, antequam monastice professionis habitum susciperet, ad villam, que Rietheim dicitur, nonnullos regni principes, notos quoque et amicos quam plures congregavit, inter quos precipui erant: comes Gerhardus de Moguncia, comes Engelhardus de Lubenhusen et filius eius Waltherus, comes Heinricus de Rotenburg, comes Bruno de Wertheim, presente etiam abbate predicti monasterii nomine Gebehardo cum quibusdam fratribus suis et aliis multis, quorum subnotata sunt nomina, quorum omnium testimonio, consensu, consilio et auxilio predictam bonorum suorum concessionem perpetua stabilitate prefato abbati eiusque successoribus possidendam, tenendam et secundum deum libere disponendam constituit et confirmavit. Si quis vero aliquid earum iniuste abalienare vel violenter invadere presumpserit, maledictionem et perditionem anime et corporis in apostolico privilegio<sup>9</sup>, quod in predicto monasterio antiquitus conscriptum servatur, sibi imminere non dubitet, nisi digna emendatione respiscat. Denique hec tradicio prefati viri Diemari facta est anno dominice incarnationis millesimo centesimo tercio, indictione secunda, die dominica, septima luna, XV. kalendas Februarii, scilicet in natali sancte Prisce virginis et martyris, regnante Heinrico rege quarto. Testes autem, qui hec cum numero populo viderunt et audierunt, hii sunt: predicti comites quatuor, Ebo et filius eius Goswinus de Mergentheim, Gerunc de Rutingen, et duo filii

---

<sup>6</sup>Rietenau, Aspach, WN, ist auch sonst als Besitz Hirsaus bekannt, Rüdenau, Rüdenau, MIL, würde andererseits besser zu den vor- und nachgenannten Orten passen.

<sup>7</sup>Vielleicht Elpersdorf bei Ansbach, Ansbach, AN.

<sup>8</sup>Krensheim, Grünsfeld, TBB.

<sup>9</sup>Gemeint ist entweder die Urkunde Nr. 234 (WUB, Bd. I, S. 281 f.) von Papst Gregor VII. von 1075 oder – nach der Vermutung von Herrn Professor Schäfer in Tübingen – eine zu jener Zeit noch vorhandene oder wahrscheinlich nur behauptete päpstliche Urkunde, auf welche Verfluchung zurückgeht, die in der Urkunde Nr. 233 (WUB, Bd. I, S. 276–281) von König Heinrich IV. vom 9. Oktober 1075 vorkommt, vgl. hier S. 278.

### III

fratris sui Rihmunt et Adelbert, Embrich et frater eius Conradus de Rather-  
ssheim<sup>10</sup>, Gundelo de Pfussech<sup>11</sup> et duo filii eius Bernger et Conradus, Bucco  
de Corba, Burckart de Vffenheim et duo filii eius Heinrich et Gumprecht de  
Buchenbach, Vdalricus et frater eius Hartheroch de Eskendal, Gumprecht et  
frater eius Meginwart de Eckebruck<sup>12</sup> et duo filii eius Adelboch<sup>a</sup> et Burckart,  
Ravenolt de Wiblessheim, Sigeloth de Custulare et frater eius Marquart,  
Adeloch de Dieffen<sup>13</sup> et filius eius Adeloch, Reginolt de Cubenheim et frater  
eius Wignant, Heinricus de Hartbach<sup>14</sup>, Heinricus de Hildenheim<sup>15</sup>, Rugger  
de Hirsslanden, Otto de Wingerssheim<sup>16</sup>, Adelbero de Slierstat, Eberwin de  
Zimbren, Wolfram de Glatebach, Otker de Burbach<sup>17</sup>, Wigpret, Volcmar  
de Dagsteten<sup>18</sup>, Adelolt de Isinbretssdorff<sup>19</sup>, Fridrich de Bilrieth, Hartman,  
Hartwig, Heinrich, Salecho de Sintprechtsshusen.

—

Der Textabdruck folgt dem Codex Hirsaugiensis des 16. Jahrhunderts, fol. 32 b.

---

<sup>a</sup>Wohl verschrieben für *Adelhoch* oder *Adeloch*.

<sup>10</sup>Tauberrettersheim, WÜ.

<sup>11</sup>Pfitzingen, Niederstetten, TBB.

<sup>12</sup>Vielleicht Equarhofen, Simmershofen, NEA.

<sup>13</sup>Vielleicht eine abgeg. Burg Tiefen, Neustadt an der Aisch, NEA, oder aber Obern-  
bzw. Untertief, Bad Windsheim, NEA.

<sup>14</sup>Großharbach, Adleshofen, AN, bzw. Kleinharbach, Uffenheim, NEA.

<sup>15</sup>*Hildenheim* ist vielleicht bei der Annahme eines Schreibfehlers das bereits genannte  
*Hittenheim*, also Hüttenheim, Willanzheim, KT.

<sup>16</sup>Vielleicht Einersheim, KT.

<sup>17</sup>Vielleicht Burbach, Marxzell, KA.

<sup>18</sup>Oberdachstetten, Oberdachstetten, AN.

<sup>19</sup>Vielleicht Escherndorf, Volkach, KT.

## Überlieferung und Publikationen

### Lagerort:

HStA Stuttgart

### Signatur/Titel des Originals:

H 14 Nr. 143, fol. 32b

### Editionen:

Gfrörer: Codex Hirsaugiensis, S. 43. Schneider: Codex Hirsaugiensis, S. 30.

## Weitere Angaben

### Sprache:

Lateinisch

### Ausstellungsort:

Ohne Ortsangabe

### Ortsindex:

Bad Mergentheim Wohnplatz (3643)<br> Bad Mergentheim, TBB<br> Bieberehren, WÜ<br> Bielriet Wüstung (22214)<br> Bielriet, Schwäbisch Hall, SHA, W<br> Bronn Wohnplatz (3873)<br> Bronn, Weikersheim, TBB<br> Buchenbach Wohnplatz (2499)<br> Buchenbach, Mulfingen, KÜN<br> Burbach Wohnplatz (5393)<br> Burbach, Marxzell, KA<br> Custenlohr, Uffenheim, NEA<br> Einersheim, KT<br> Elpersdorf bei Ansbach, Ansbach, AN<br> Equarhofen, Simmershofen, NEA<br> Ergersheim, NEA<br> Eschental Wohnplatz (2472)<br> Eschental, Kupferzell, KÜN<br> Escherndorf, Volkach, KT<br> Großglattbach Wohnplatz (7062)<br> Großglattbach, Mühlacker, PF<br> Großharbach, Adelshofen, AN<br> Hirsau Wohnplatz (6984)<br> Hirsau, Calw, CW<br> Hirschlanden Wohnplatz (6161)<br> Hirschlanden, Rosenberg, MOS<br> Hopferstadt, Ochsenfurt, WÜ<br> Hüttenheim, Willanzheim, KT<br> Kaubenheim, Ipsheim, NEA<br> Kleinharbach, Uffenheim, NEA<br> Korb Wohnplatz (2090)<br> Korb, Möckmühl, HN<br> Krensheim Wohnplatz (3768)<br> Krensheim, Grünfeld, TBB<br> Laudenbach Wohnplatz (3879)<br> Laudenbach, Weikersheim, TBB<br> Lobenhausen Wohnplatz (2992)<br> Lobenhausen, Kirchberg an der Jagst, SHA<br> Mainz, MZ<br> Mennenheim, Ipsheim, NEA, A<br> Nassau Wohnplatz (3882)<br> Nassau,

Weikersheim, TBB<br> Niederrimbach Wohnplatz (3721)<br> Niederrimbach, Creglingen, TBB<br> Oberdachstetten, AN<br> Oberntief, Bad Windsheim, NEA<br> Oberrimbach Wohnplatz (3723)<br> Oberrimbach, Creglingen, TBB<br> Ochsenfurt, WÜ<br> Pfitzingen Wohnplatz (3839)<br> Pfitzingen, Niederstetten, TBB<br> Riedenheim, WÜ<br> Rietenau Wohnplatz (1704)<br> Rietenau, Aspach, WN<br> Rothenburg ob der Tauber, AN<br> Röttingen, WÜ<br> Rüdenau, MIL<br> Schlierstadt Wohnplatz (6154)<br> Schlierstadt, Osterburken, MOS<br> Simprechtshausen Wohnplatz (2512)<br> Simprechtshausen, Mulfingen, KÜN<br> Strüth, Röttingen, WÜ<br> Tauberrettersheim, WÜ<br> Uffenheim, NEA<br> Untertief, Bad Windsheim, NEA<br> Wasserberndorf, Geiselwind, KT<br> Wertheim Wohnplatz (3960)<br> Wertheim, TBB<br> Wiebelsheim, Bad Windsheim, NEA<br> Würzburg, WÜ<br> Zimmern Wohnplatz (6176)<br> Zimmern, Seckach, MOS